

**Dia 7 exhortatoria toti<sup>9</sup> operis cōclusio.**

387<sub>4</sub>

**E**ya venerabiles 7 egregij patres/amantissimiq; ac deuotissimi fratres/sacre huius religionis alumni 7 cultores spiritus vestros nedū per capreas/binnulosq; ceruoz sed certe per viscera misericordie dei nostri/per vulnera preciosissimūq; sanguinē dñi nostri Iesu christi/ac p̄ illam eterne beatitudinis portionē quā sub gloriosissimo regine celi mantello finaliter expectatis adiuramus/obtestamur/interpellam<sup>9</sup>/hortamur 7 rogamus vt feruenti caritate cōsideratis p̄sentis voluminis tenoribus/nobilissima sancte religionis vestre exordia atq; fundamenta attentius animo reuoluentes/vos deinceps iugiter totos saltem in duobus sine fictione paratos/efficaces/et beniuolos exhibeatis/Primū vt in omni vita 7 conuersatione tanq; veri sanctorum filij 7 successores/ad petrā vnde excisi estis/iuxta **Esaię** commonitionē attendentes/exemplo eorum qui vos in sancta vocatione ista tam gloriose precesserunt/sacri ordinis vestri puritatem coram deo 7 hominibus obseruare studeatis. Secundū vt amplissimo premissorū vigore priuilegorū in religiose dilectionis vniformitate 7 concordia/vos et vobis cōmissa seu credita quecunq; bona marum defensionis pro domo dei/religioneq; speciali sue intemerate genitricis constanti virtute opponatis. Est enim omniū religionum prima in ipsius virginis matris honorem dedicata/in qua sub suauis sancte reformationis iugo 7 obseruantia/nō solum sancti quorum nonnullos annumerare curauimus. Verumetiā innumerabiles ex omni statu mundi iter regni celestis vobis ostenderunt. Nam crebro multi pontifices in vtroq; statu reuerendi/tante deuotionis odore attracti/infulis depositis/simplicem cum dei famulis monachatum ducere gaudebant. Innumerabiles decani/abbates/archidiaconi/cantores/ceteriq; ecclesie/necnon aliorum ordinum prelati/mēte humili/pauperes christi/patres vestros imitari studebant/sua etiam quandoq; loca sacro ordini supponentes. Regum quoq; ac principum filij et nepotes/nōnunq; ipsi principes/reiecta glorie mūdialis

pompa / ad ordinis vestri humilē paupertatē cōfluebant / quo-  
 rum nōnulli monachorū cucullā / alij conuersorū barbā / ceteri  
 fratrū laicorū statū eligebant / Nonnū pfecto ⁊ grande spiritua-  
 lis milicie spectaculū / inclitū nup̄ videre militē in seculo glorio-  
 sum delicijs affluentē / iam gustato spirituali patrū vestrorum  
 pane / ad christū conuersum cū hilaritate spiritus claustrū sco-  
 pantē / coquine officijs prompte seruientē / bubulci / ouispilio-  
 nis ⁊ aurige seruitio hilariter incumbentē / pane ordeaceo / fa-  
 ba / lente / oleo ⁊ aqua suauiter reficientē / aliasq; religionis au-  
 steritates pre nimio regine celi amore claro pectore dulciter in  
 huius religionis simplicitate ferentē. Non solū aut̄ premissos  
 sacra suscipit religio / verumetiā innumerabiles doctores / phi-  
 losophos / rethores / medicos / dialecticos / iuriscōsultos / ac the-  
 ologos christo cum humilitate seruire edocuit / quorū nomina  
 scripta / opera p̄ clara / enarrare si volumus / nō minus q̄ stellas  
 celi numerare temptaremus. Sublimiū quoq; exemplo p̄sona-  
 rum alij inferioris gradus ad ordinis vestri gremiū cōfluebāt  
 nobiles / burghenses / practici / mercatores / artifices laboratores  
 ⁊ in plebe honorati diuites / qui temporalibus dispositis opi-  
 bus se ⁊ quandoq; cum ingenti massa auri monasterijs dona-  
 bant. Ex quibus taliūq; laboribus sumptuosa ceteris p̄fecto  
 clariora regine celi in hoc ordine constructa sunt edificia. Lūi<sup>9</sup>  
 meriti religiose ac christo deuote matrone participes fieri cupi-  
 entes manus largas apponebant. Sic breui tempore ex quoli-  
 bet orbis statu dñia mundi innumeros speciales famulos fa-  
 mulasq; sub hoc habitu celesti acquisiuit. Quid ergo iam nos  
 faciemus aut coram sūmo deo dicemus / si quod absit / tot qui  
 nos p̄cesserunt / qui viam paradisi in mundo nobis ostenderūt  
 qui loca religioni aptissima nobis parauerūt / libros / cartas / or-  
 namenta / domos possessiones / amicos / puisiones / ⁊ queq; ad  
 sancte cōuersionis obseruantiam necessaria magnifice relique-  
 runt / desides aut̄ delicati milites seu in disciplinati successores  
 sequi nolumus / aut certe cōtēnēmus hec p̄fecto sacra reli-  
 gio / que potior ad sancte regule beati Benedicti obseruantia  
 reformatio dicitur prout sanctissimi Bernardi aliorūq; patrū

scripta tradunt peculiaris est in terris familia gloriosissime ma-  
 tris domini cuius viuendi formā sibi deuotis famulis primis  
 patribus nostris inspirasse certū est. Nam vltra spirituales re-  
 uelationes intimaſq; consolationes sepius fulgidissimo celi ci-  
 uium stipata comitatu eos viſitabat/etiā viſibiliter consolaba-  
 tur/edocebat/adiuuabat/dirigebat. Ob hoc ⁊ ipsa ſacri huius  
 ordinis patrona/domina/protectrix/ ⁊ aduocata nominatur/  
 ſicut ordo ipſe primus eſt omniū ordinū in eius honorem de-  
 dicatus/cuius habitū tam monachorū q̄ ſanctimonialiū tra-  
 didiſſe fertur/cum tante dignitatis auctoritate/merito ⁊ virtu-  
 te/vt diabolus nullam habeat poteſtatē in aliquē qui eo indu-  
 tus moritur/saltem donec de ipſo iudex viuorū ⁊ mortuorum  
 dederit ſententiā. Deniq; huius ſancte vocationis tolerantia  
 p̄ omnibus peccatis p̄cedentibus ſufficiens creditur peniten-  
 tia/quinimo ſi p̄ poſſibile demō aut etiam Judas humiliter et  
 integraliter ſacri ordinis obſeruantias cuſtodirent/ de eorum  
 ſalute finali nequa q̄ desperandū videretur/vnde ⁊ iuxta chri-  
 ſti reuelationē /infallibileq; promiſſum perſeuerantes in iſto  
 ordine ſub religioſa humilitate ⁊ obedientia infallibiliter ſal-  
 uabuntur/has veritates ſimileſq; cōcluſiones apertis litteris  
 docent ſanctorū monimēta/ ⁊ inter cetera clariffimus liber qui  
 exordium Liſtercij inſcribitur/quarū participes in hoc ſeculo  
 ⁊ in alio religioſam hanc familiam p̄ vniuerſa mundi climata  
 cōſtituta ~~participes~~ faciat piſſimus dominus Jeſus ſue dul-  
 ciſſime matris precibus. Amen.